

# Credo in unum Deum

Chorale Ema Kayna

Composition : Honoré KAMBALE KILUMBI

Harmonisation : Michaël DOSSOU-YOVO

Kpataba (Bénin), ce 14/09/2023 en la fête de la Croix Glorieuse.

♩ = 85

Cre - do in u - num De - um, Pa - trem om - ni - po - ten - tem, fac - to - rem cae - li et

6

ter - rae, vi - si - bi - li - um om - nium et in - vi - si - bi - li - um.

11

11

1. *Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum.  
Et ex Patre natum ante omnia saecula.  
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.  
Genitum, non factum, consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt.*
  
2. *Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis.  
Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est.  
Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, et sepultus est.  
Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum : sedet ad dexteram Patris.*
  
3. *Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos ; cujus regni non erit finis.  
Et in Spiritum Sanctum,  
Dominum et vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit.  
Qui cum Patre, et Filio simul adoratur, et glorificatur : qui locutus est per prophetas.*
  
4. *Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.  
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.  
Et expecto resurrectionem mortuorum,  
Et vitam venturi saeculi. Amen.*